



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**M. Antonij Maioragij|| Orationes|| Et Praefatiōnes**

**Majoragio, Marcantonio**

**Monasterii VWestphal., 1599**

**VD16 ZV 10313**

Libelli supplices duo ad Senatum:

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68843](#)



LIBELLVS SVP.  
PLEX AD SENATVM,

De Hora vespertina,  
qua docebat Maioragius, in matu-  
tinam commutanda.

CVm vestræ prudentiæ atq; auctoritatis sit, P.C.  
Cnon solum intelligere, quid in publicis negotijs  
agatur; verum etiam prouidere, vt omnia, quam fieri  
potest optimè rectissimeq; gerantur: M. Antonio Mai-  
oragio, publico vtriusq; Lingua Mediolani Professori,  
qui omnia prius expertus est, ne molestus esse videntur,  
Vobis in præsentia significare visum est, se iam que-  
tuor ab hinc annos magno incommodo suo, studijsq;  
iuuentutis, hora vespertina Latine publicè docuisse:  
cùm eo tempore forum mercatorum, Gymnasio vicinum,  
magnis vndiq; clamoribus obstrepat. Nam semper  
aut pueri vociferantes, huc atq; illuc, dimisi è scho-  
la, cursit am: aut aliquis circumforaneus circulator  
ræ cantu, vel ass: voce plebeios homines congregat, &  
iuvenes ad se potius audiendum allicit: aut præco publi-  
cus tuba inclamat, vt, que decret a sunt à Magistratib.  
enunciet: aut tortor maleficum aliquem in equuleo st-  
pendit: aut deniq; (quod omnium est molestissimum) v-  
gaiuuentus & intèperans, quæ per forū illa hora de-

ambulare solet, in Gymnasium ascendit, & vel sibilis,  
vel pulsatione subselliorum, vel pulueris & lapidū con-  
iectu, audiendi cupidos interturbat. Itaq; vos orat at  
que obsecrat, vt pro communi iuuentutis vtilitate, pro  
Civitatis dignitate, pro vestra sapientia, pro honore  
suo, velitis iubat isq; cum vtramq; Linguam matuti-  
no tempore profiteri. Sic enim & omnia prædicta in-  
commoda facile vitabuntur: & multi iuuenes, qui ma-  
nè Græcam lectionem ab eodem audiunt, etiam Lat-  
inam eodem tempore multò libentissimè audient: quo-  
nam bis in die non eis commodum est in forum accede-  
re. Neque hoc villo fiet Othonis Lupani, publici Profes-  
soris incommodo: modò is obseruare velit, quod alias  
auctoritate vestra constitutum est: vt paulò tempesti-  
nius lectionem suam incipiat; & tunc legere desinat,  
cum ære Campano minore signum datur. Eodem enim  
tempore Græcam lectionem in alio Gymnasio Maior agius  
absoluere solet: quare deinde statim Othoni suc-  
cedet, vt Latinè legat: atque hac vñratione studio-  
sa iuuentus si voluerit, vtriusque Professoris quotidie  
Latinam lectionem audire facile poterit. Hac ideo  
Vobis, P. C. significare Maior agius voluit: quoni-  
am certum atque exploratum habet, Vos pro consue-  
tudine vestra, quod fructuosum & utile iu-  
uentuti fore videbitis, illud  
decreturos.



## LIBELLVS ALTER,

De Immunitate publicis Professori-  
bus concedenda,

**Q**uoniam summa equitas, atq[ue] iustitia vestra, p[ro]f[essione] tres Conscripti, splendorem ac benignitatem suam proportione aequali in omniis, de Republica locum merentes diffundere solet: ideo nos, Otho Lupanus, M. Antonius Maioragius, quos in hac ciuitate Vos metis Oratoria Professores esse voluistis, supplicant petimus, vt eadem immunitate nos donetis, quam Te-  
cinensis Gymnasij Professores donastis: cum prae-  
tim sit eadem nostra, que illorum causa, & magis etiam nobis deberi, quam illis, immunitas videatur. Pre-  
m[od]o, quia in Metropoli Ciuitate legimus: deinde, quia non tantum publice, sed etiam priuatim Rep[ublica] prodelli-  
contendimus. Rogamus igitur, vt etiam nos, sicuti  
alij omnes Lectores publici, vestro  
munere gaudemus.

M. AN.